Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



46

suis conculcans. Quartum quod nunc orbem tenet
imperium romanorum est. de quo in statua dicit.
ubi eius ferrei. pedum quedam pars ferrea. queda
fictilis. et tamen ipsius ferri ex parte nunc meminit
dicens. dentes eius ferreos. et magnos esse contestans.
Satisq; miror: quod cum supra leenam. et ursum. et
pardum. in trib⁹ regnis posuerit. romanii regnum
nulli bestie compararet. nisi forte ut formidolosam
faceret bestiam uocabulum tacuit. ut quicquid fe
rocius cogitauerimus in bestiis. hoc romanos intelli
gamus. Hoc quod hic tacitum est. hebrei in psalmis
dictum putant. uastauit eam aper de silua. et singu
laris ferus depastus est eam. Pro quo in hebreo habet.
omnes bestie agri laceraueruntillam. dum in uno
imperio romanorum omnia simul regna cognosci
mus que prius fuerant separata. Illud autem quod
sequitur: comedens atq; comminuens. et reliqua pe
dib⁹ suis conculcans. significat omnes nationes
vel uitfectas ab eis. vel tributo et seruitutis subiu
gatas. Dissimilis autem inquit erat ceteris bestiis
quas uideram prius. In prior⁹ enim singula. in hac
omnia sunt. Et habebat cornua decem. Porphyrius